

nus insurgat, nec tam fortiter inclinet ad peccata maximè carni (Luxuriat raro non bene pasta caro.) Infirmata quoq; carne spiritus fortificetur, sicut ait apostolus: Cum infirmor, tunc potens sum. 2. Cor. 12. Disponit hominè quintò ad virtutum acquisitionem. Tanto nanq; homo ad virtutes est aptior, quanto à ratione recta voluntas minus retrahitur. Minus autem illum retrahit caro dum fuerit castigata ieiunio.

Quia ergo ieiunium remouendo prohibens id est tenendo carnem, facit voluntatem consentire rationi, in quo consensu radicatur omnis virtus, idè ieiunium dicitur virtutum omnium fundamentum sicut ait Hiero. ad Demetriadè virginem: Ieiunium non solù perfecta virtus est, sed ceterarù virtutum fundamentum, & sanctificatio, & pudicitia, & prudentia, sine qua nemo videbit Deum. Et de hoc ait Aug. sermone quodam de ieiunio. Ieiunium purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subiicit, cor facit contritum, & humilium, libidinum ardores extinguit, charitatis lumen accendit. Item Leo ser. de ieiunio decimi mensis ait: Semper virtuti ieiunium cibus fuit. De abstinentia prodeunt casta cogitationes, rationabiles voluntates, salubria consilia. Per voluntarias afflictiones caro concupiscentiis moritur, & virtutibus spiritus innovatur. Armat sextò contra diaboli tentationes. Hinc Chryso.

Armat
contra
diaboli
tentatio
nes.

homil. 13. in Matth. Ieiunia inquit aduersus diabolum arma sunt maxima. Idè magister noster Christus volens congregi cum hoste, vt nos ad victoriam institueret, prius ieiunio quadraginta dierum corpus suum sanctissimum macerabat vt factò doceret, armis ieiunii maximè preualere posse inimico. Ieiunium nanq; maximum, & acutissimum pungendi nos gladium auferimus, qui est propria caro nostra. Nam secundum Chryl. super Matth. nec diabolus, nec mundus possunt efficacius inclinare appetitum, quam mediante lasciuia sensualitatis. Et beatus Bern. ser. quo sup. de oratione: Carne nostra

veitur ad impugnandos nos callidissimè serpens. Hic est, qui desyderia carni instigat, concupiscentie ignem naturalem quodammodo venenatis suggestionibus inflat, illicitos motus inflammatur, peccati occasiones parat, & mille nocendi, artibus corda hominum tentat.

Hic est, qui manus nostras proprio cingulo alligat, & vt dicitur baculo nostro nos cedit, vt caro, quæ data est nobis in adiutorium, in ruam nobis, & in laqueum fiat. Hæc ergo caro nostra dū discreto ieiunio in seruitutem spiritus redigatur, iam ne diabolo subseruiat, cohibetur. Hinc Isid. libr. 2. de summo bo. cap. 44. Ieiunia inquit, fortissima tela aduersus tentamenta demoniorum, citò enim per abstinentiam deuiuncuntur. Vnde etiam saluator noster eorù incursum ieiunio, & oratione præmonet superare dicens. Hoc genus in nullo eiicitur, nisi per orationem & ieiunium Mat. 9. Immundi enim spiritus ibi se magis mittunt, vbi plus videntur escam, & potum.

Septimò mentem ad Deum eleuat. Sicut enim maximè obuiat animam, & obtundit plenus venter, & crapula (vt vult Hieron. responf. 3. contra Iouinianum) ita ieiunia purificant, ac quietant ad spiritualia contemplanda. Nichil enim tantum subtiliat ingenium hominis, & sensum clarificat sicut ieiunium ritè obseruatum. Quietato siquidem animo à passionibus, & in ordinatis motibus, potest se ratio ad superna, & spiritualia eleuare. Et de hoc Isido. 2. de summo bono c. 42. Greci dixerunt ex crasso ventre subtilem sensum gigni non posse. Sed & ieiunium à Deo mereatur intelligentiæ sensum, propter quod de tribus pueris à carnibus, & vino ieiunantibus, contentis solum aqua, & leguminibus scribitur Dan. 1. Pueris autem his dedit Deus scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientia.

Octauo orationem perficit. Nam teste Bernar. serm. de quadagesima, qui incipit: Quia ieiunium. Ieiunium orationi deuotionem, & fiduciam donat, & gratia promeretur orandi, & oronem